



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Quid Est Baptismus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

turam hominum ream, immundam, & præcedendam, hoc est, morti additam, sed propter promissum semen, iuxta verbum, Ecclesiam habituram esse nouam & æternam iustitiam & vitam.

Si c Baptismus principaliter significat, nos mergi in sanguinem Christi, & abluì à peccatis. Postea significat etiam, Ecclesiam mergi in afflictiones.

COE NA Domini significat principaliter, nos esse membra Christi, & inseri eius corpori, & abluì nos ipsos sanguine. Est igitur testimonium & exhibitæ promissionis Evangelij, & applicatæ ad singulos. Deinde est commonefactio de gratiarum actione. Ideo nominatur *ἰχθυισμός*, & sicut Cyprianus optime dicit, est commemoratio dati & accepti.

E S T ite nneruus publice congregationis. Item testimonium mutuae dilectionis & concordie in eadem Ecclesia, sicut antiquitas fœdera fecit societate ceremoniarum & mensæ, unde & nomen *συνδοχῆς*, id est, liberationes, profectibus usurpabant. Item, uetustas dixit: *τὸς ἀλλὰς τοῦ τῶν ἐκκλησιῶν συνδοχῆς*. Ita in Ecclesia societas huius pulcherrimæ communis mandicationis intelligatur nunculum esse communis concordie, quo copulati omnes unum simus in ipso Christo, & non distrahamus Ecclesiam furoribus opinionum, ambitionum & odiorum, sed semper laus principales fines considerentur.

DE BAPTISMO.

QVID EST BAPTISMVS?

E S T instituta a filio Deimersio in aquam, cum pronuntiatione uerborum: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, testificans, quia hoc testimonium diuinitus institutum est, cum qui cum hac pronuntiatione uerborum mergitur, reconciliari Deo propter Christum, & sanctificari Spiritu sancto ad uitam æternam.

QVAE EST SENTENTIA uerborum Baptismi?

E G O baptizo te in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, id est, Ego minister hoc ritu testificor in nomine, id est, mandaro domino, te, qui sic mergeris, recipi a uero Deo in gratiam, qui est æternus Pater Domini nostri Iesu Christi, & Filius, & Spiritus sanctus, & recipi te propter Filium, & sanctificari te Spiritu sancto. Et comprehendenda est correlatiua sententia: Ego testificor te recipi in nomine, id est, ad agnitionem & inuocationem uerbi Dei, quæ Pater æternus Domini nostri Iesu Christi, & Filius & Spiritus sanctus & recipi te propter filium redemptorem Ecclesie, & sanctificari credentes Spiritu sancto, quem agnosces & inuocabis, & palam testisum testaris hoc baptismo, te omnia commœticia numina execrari.